IOHANNES DE TURRECREMATA

Süddeutscher Raum, 1477 Seite 88r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31292
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



destinatorum simul cum eis ad eterna beatitudinis gaudia
perueniat

Nonne tu deus perduces nos ad regnum tuum quia tu sicut
videtur repulisti nos permittendo nos tribulari et non egre-
dieris deus in virtutibus nostris contra eos qui dicunt
nobis ubi est deus eorum sicut olim fecisti patribus quibus
ostendisti potentiam tuam quibus te auxiliante gentes cesse-
runt et magna strage facta terram promissionis op-
tinuerunt

Et quia deducet Auxiliare ergo tu nobis deus de tribu-
lationibus nos eripe tuo nos medicamine sana quia
vana salus hominis salutem prestare non potest indiguo salutis
ideo sperare in homine non debet qui propriis viribus pro-
batur infirmus

Et quia vana salus hominis populus fidelium dicit

In deo faciemus virtutem non enim cum diabolo aut
vitiis gladio certandum est sed illis virtutibus quibus
xpus ipse pugnauit ut superbiam humilitate vincamus
diuicias mundi paupertate superemus et ipse cui nullus
resistere potest pro nobis pugnando deducet ad nichilum
inimicos nostros delendo de libro uite ubi sibi scripti vi-
debantur elate

Ps 60 In quo monet ad laudem dei

Vox petentis ut eius exaudiatur oratio dicit

Exaudi domine deprecationem
meam super remotione malorum intende
orationi mee super impetratione eterne uite
intende dico quoniam Clamaui ad te ab vniuerso orbe
terrarum et hoc in anxietate cordis mei ut a te console-
rem et si quamdiu sim in hac peregrinatione anxietur cor
meum temptationibus non tamen pro tua clementia vincor